

*seph Dobrovius* interpretatus est: *Karel Starssi z zerotina*, id est *Carolus Senior de Zierotin*. Vide, si lubet, ejus *Literar. Magazin für Böhmen und Mähren*, II. St. Prag. 1786. p. 33. et III. St. 1787. p. 51. ubi et eruditorum Virorum *Zlobitzkii* et *Durichii* in inclitum istud Bibliorum Exemplar habes Observata. Posterior, meus in Bohemicis *Odnyos*, ejus non raro etiam T. I. egregiae suae *Bibliothecae Slav.* meminit.

XL I.

U. 3 Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 342. f. commode perscriptus, rubricisque distinctus *Vetus Testamentum* continet praevia hac nota: *Hunc librum dedit pro libraria domus Collegij ducalis Clarissimus ac doctissimus vir magister Rupertus weissenburger ex pruck in sacra theologia professor fundatissimus Insuper ecclesie sancti stephani wienne canonicus predignus cuius anima deo viuat eternum feliciter.* Post alios Magistratus Academicos gestos vir hic *Leitae-pontanus* Rector praefuit a. 1469. quo simul sacras Literas exponebat. Libri porro hoc ordine se excipiunt: *Pentateuchus*, *Josue*, *Judicum*, *Ruth*, *IV. Regum*, *II. Paralipomenon*, *Esdras* cum *Nehemia* adjuncto *Libro III. apocrypho*, qui hic II. dicitur, *Tobias*, *Judith*, *Esther*, *Job*, *Machabaei*, et *Psalterium*. Omnes ab litera cubitali eleganter picturata auspiciantur, et *Hieronymi Praefationi-*

bus gaudent. Praeterea finguli *Libri Moysi* Indicem *Capitum* suorum praeferunt. *Paralipomenis* subjuncta est propria rubrica *Oratio Salomonis*; illa videlicet, quae paucis mutatis legitur *L. III. Reg. c. 8. v. 23. Psalterium* denique non vulgatum est, sed ab *Hieronymo* ex *Hebraeo* versum, prout extat in *Operibus D. Doctoris*, et in *Sabaterii Bibliorum Sacr. Latinis Versionib. antiq. Remis 1743. T. II. p. 9. f. Psalmo* tamen 2. Codex legit: *Quare turbabuntur pro turbantur*, et, *Ego autem ordinavi Regem pro orditus sum*, quae lectiones *Sabaterio* non videntur occurrisse. Et sic totum *Psalterium* examinari mereretur. Adjecit Librarius ad ejus calcem spurium illum Psalmum: *Pusillus eram &c.* de quo *Fabricii Codex Pseudepigr. V. T. p. 905.* Etiam hic: *Quis annunciauit de me Domino meo*, quod non est in graeco: τὸ ἀναγγελεῖ τῷ κυρίῳ μὲν.

XLII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 824 Folior. 456. f. max. per duas columnas probe scriptus, et picturatis initiorum literis decoratus continet sacra *Vet. Test. Biblia*, demto *Psalterio*, vulgatae interpretationis cum Prologis *Hieronymi*, ordine consueto. Liber *Nehemiae fol. 205. p. 2.* ad calcem dicitur *liber Esdras secundus*, et tamen *Esdrae tertius*, qui sequitur, etiam inscribitur *Secundus*. Inter hos duos Libros insertum est: *Hic est ordo legendarum hystoriarum*

rum (nempe in Officio Chori) In septuagesima legitur genesis In sexagesima exodus In quinquagesima Leviticus In quadragesima Dominica prima liber Numeri In dominica secunda liber deuteronomij Dominica tertia liber Josue Dominica quarta liber Judicum In passione et in palmis Jeremias. Quae legendi ratio ab usu hodierno discedit. Ad calcem Esdrae tamen fatetur Librarius: *Explicit Esdras tercio. Fol. 256. Parabolae Salomonis* Indicem Contentorum in singulis Capitibus praeferunt. Ad *Machabaeorum* calcem fol. 445. rejecta est gemina in eos

*In lebete (Cratere) meo Tethys est conjuncta Lyaeo,*

jam hic legas. Expositioni huic a fol. 454. p. 2. Argumentum XV. Librorum biblicorum scilicet a *Genesi* ad *Esther* fufius enarratum succedit.

### XLIII.

R. 1028 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 475. f. min. eleganter perscriptus, coloribus distinctus et olim Domus Professorum S. J. *Viennae* est *Pars I. Bibliorum* vulgatae Interpretationis cum solitis *Hieronimi* Prologis. Post Librum *Nehemiae* *Incipit confessio Esdrae*, quae nihil est aliud, quam Excerptum ex apocrypho ejus *Libro IV. c. 8. a v. 20. ad v. 37.* rarissime in aliis Codicibus Biblicis obvium, et dictione varians ab *Editis*, quae ad calcem *Bibliorum* haberi solent. Patebit

*Rabani Mauri* Praefatio ad *Ludovicum* videlicet *Regem*, et *Geroldum Palatii Archidiaconum*. A fol. 446. p. 2. sequitur a *Genesi* usque ad *Isaiam* *Expositio Vocum* difficiliorum non raro inepta, v. g. *Coturnix est avis regia. Ortogamitra (Ὀρτογομντρα) est eadem avis orban*; ubi pro *Orban* five *Auerhabn* dicendum erat *Wachtelkönig*; *Germanus* enim est interpret noster, ut multis locis prodit v. g. *Mutire Winseln, Cortina Umbankch, Virgultum Weydech* &c. Praeterea versum illum, qui passim *Camillo Querno Leonis X.* Archipoetae tribuitur,

id conferre volenti ex adscripto hic principio: *Domine, qui habitas in eternum, cuius oculi elati et superiora in aere, cuius thronus inestimabilis et claritas incomprehensibilis, cui astant exercitus angelorum cum tremore, quorum servuacio in uento et in igne conuertetur, cuius uerbum firmum et dicta perseuerantia* &c. Hanc *Confessionem* excipit *Liber III. Esdrae* hic dictus II. *Pfalterium* plura *παγγεγυα* habet: 1) *Hieronimi* Prologum in *Versionem* ex *Hebraeo* ad *Sophronium*, qui incipit: *Scio quosdam putare* &c. ut edit. *Vallarsf. T. IX. col. 1153.* 2) *Originem* *Dauid Regis prophecie Psalmorum* in numero *C. et quinquaginta*, quae est excerpta e spuria *Hier. ad Damasum* *Epistola* edit. *cit. T. XI. col. 278.* et incipit: *Dauid filius yesse cum esset in regno suo* &c.